



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Secunda. Habilitas personarum. Cap. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

C A P U T III.

Secunda Proprietas.

Habilitas Personarum.

Duo sole offerunt hic explicanda. Primo, quis concedere, Secundo, cui concedi res potest ad Emphyteusim.

2. Quoad Primum. Omnes si concedere possunt rem ad emphyteusim, qui potestate habent alienandi; per hunc enim contractum alienatur dominium utile in alium. Qui au-

a Lib. 8. in tem*is* sunt, diximus in libris Decalogi. *Decal. tr.* 3. Hinc colligitur, Praelatum, Rectorem, 3. c. 7. §. 2. Beneficiarium Ecclesiæ non posse res Ecclesiæ concedere ad Emphyteusim ex vulgata b Bonac. Bulla Ambitioz. Sed hic insurget ea communio. To. 1. d. de nis difficultas. An Praelatus possit concedere Alienatio. ad eandem Emphyteusim, iisdemque pactis Bonorum rem Ecclesiæ, quæ dari solita erat à Præde- Eecl. q. un. cessoribus: & breviter, posse docemus, dum p. 2. Mol. modo non fuerit incorporata ipsi Ecclesiæ, d. 468. & saltem aqua conditio sic nunc Ecclesiæ, atque æquale tempus, perinde erat antea; nu. 18. ut fusè poteris videre apud Bonaciam, b Lezzana aliosque.

aliors citans 4. Quoad Secundum. Illis concedi potest consilto res in Emphyteusim, qui rem meliorem 37. à n. 7. reddere possunt, & ex alia parte prohibiti c Lib. 8. in non sunt initè contractus, de quibus e ibi- Decal. tr. dem diximus.

3. c. 7. §. 2.
nu. 1.

C A P U T IV.

Tertia Proprietas.

Solutio Canonis.

d Azor. 3. 1. **T**ertia Proprietas, ut, si Emphyteuta p. libro. 10. Canonom non solvat, cadat in com- de emphyt. missum. Et quidem usū receptum c. 7. q. 2. esse, ut ejusmodi Canon solvatur in fine an- e Infrac. ni, testatur Azor; d Quanti autem pretii is s. nn. 6. esse debeat, infra edicam.

f C. Poruit, 2. Nota duo. Alterum. Si Canon solven- De locato, dus est Ecclesiæ, is autem perduos annos non Fillius. Tr. solvatur, cader f res in commissum; nisi ad 36. c. 7. & monitus rei possessor, statim solvatur. Statim passim. dico: nam per celerem solutionem purgatur

mora. Illud autem, Statim, Aliqui explicant, si solutio fiat quocunque tempore, sed ante Judicialem citationem, vel si fiat post illam, at fine dilatatione, quamvis ex Claro g & Mo- g Clav- lina h probabilius sit, arbitrio Judicis effe ju- h. 4. dicandum, subita ne sit, an tarda solutio. Ve- 1. Emphyt. rum, si Canon solvendus sit personæ privatæ, q. 8. requiriatur quidem omissionis solutionis non pur- 43; gatur mora de rigore Juris, statim enim Emphyteuta amitteret rem, si Dominus directus se declaret, velle rem tibi applicare. Ita Julius Clarus loc. cit. aliique: & quidem ab hoc puncto, in quo se Dominus declarat, non verò à puncto moræ, censetur Emphyteuta cecidisse in commissum, ut iidem fuse docent.

3. Alterum. Si Emphyteuta ignorantiam, vel legittimum impedimentum, cur non sol- verit, ostendat, non cader in commissum. Id certè æquitas ipsa requirit, ut scilicet qui sine culpa est, nō toleret pœnā commissi. His positis,

4. Inquires adhuc Primo, cum in hoc, cum in aliis Casibus Caducitaris, an tenetur ipse Emphyteuta relinquere prædiū ante sententiam Judicis?

Respondeo, & quidem, (quandoquidem universaliter id requiris) distinguendum erit, nam si finitur tempus præfixum ad Emphyteusim, tunc de Justitia contractus, res, ante omnem sententiam, relinquenda erit in conscientia, si verò res tollenda sit ab Emphyteuta in pœnam Canonis, vel Laudemii non soluti, vel ex eo, quod ob culpan Emphyteutæ res efficitur, notabiliter deterior, requiritur Judicis sententia, quia nemo tenetur pœnas hæc temporales subire, ante quā condemnetur.

Hinc sequitur, fructus perceptos ante di- etiam sententiam, licet si fuerint percepti post Caducitatem, pertinere ad Emphyteutam, perceptos verò post sententiam pertinere i. Mol. ad Proprietarium, deductis tamen expensis, nam fructus censetur illi esse, qui, ab aliis expensis, supersunt.

5. Cum dicibus non obligari Emphyteutam relinquere prædiū, nisi post sententiam, intellige, id non debere extendi ad ipsum Canonom, & Laudemium, hæc enim, cum sit solvenda ex Justitia contractus, sunt ante omnem sententiam in conscientia solvenda. Ne ignores item, Emphyteutam notabiliter rem deteriori efficiendo, obligari in conscientia ante omnem sententiam ad ea, quæcumque dampna,